

Johann Fecht Philippus Sigismundus Closius


**De Purgatorio, Theses Theologicae, Martini Becani Iesuitae Manual. Contr. L. I. c.
8. oppositae**

Durlaci: Müller, [ca. 1684]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn787862444>

Druck Freier  Zugang





In Tomo hoc XXXVII. Sunt

1. Jo. Schmid de Peccato. ad 1 Jo. III, 4.
2. —. De libero Arbitrio. Jo. VIII, 36.
3. Seb. Schmid de script. S. ad 2 Pet. 1, 19. 20. 21.
4. D. Damhaueri Aethera Sancta sui vindic.
5. Jo. Faust p. v. de notione divina ad Act. XVII, 28.
6. D. Georgij Heberlini fascic. hymna. Cant. I, 13.
7. Andreas Urvinus ad Psalmum II.
8. Jo. Schmid de Vita Aeterna.
9. Christiani Metz. Manipulus Theſiu Praxianu Sub B.
Lugemamo propositaru.
10. D. Martin Gejeri conformitas Iudaeo Papsthae in
doctrina de Deo Angelic & Homine.
11. Christoph Laur. Scheffner p. v. de Chriſtismo.
12. Jo. Andr. Quenstedt de Perſequentione Venetol.
13. Gabrielis Wedderkopff de Atheismo Poenianoru.
14. Michael Foeufch de Leonum naturalium Origine.
15. —. De ordine script. S. prout ea tum. Nat. conce-
munt de 8.
16. & Jo. Fecht de Iudae Controuersiarum.
16. a. —. de II Trinitate
16. b. —. De Anti Chriſto.
17. —. De Iuratore Sanctoru
18. —. De Iuratore.
19. —. De Communione Sub utraq

20. D. G. Ficht de Misa.
 21. —. De sacramentis.
 21. —. De vocatione Ministrorum Ecclesie.
 22. —. De Celibatu eodem.
 23. —. De Peccato.
 24. Hoornbeek de Theologia Praxi.
 25. —. Pars posterior.
 26. —. de Tentatione Dei.
 27. —. De Autoritate N. Test.
 28. —. De Pietate.
 29. —. De Devotione.
 30. —. De Meditatione Sacra.
 31 } —. De Studio verbi divini.
 32 } —.
 33. —. De sensu divina gratia.
 34. —. De Fiducia in Deo.
 35. —. De Gaudio spirituali.
 36. —. De Zelo.
 37. —. De Coniugio.
 38. —. De Ascensione Coniugi.
 39. —. De gloria Coniugi celesti.
 40. —. De Spiritu S.
 41 } —. De Providentia.
 42 }

42. } Floornbeek de Predestinationes.
 43. }
 44. }
 44. b. —. De Sabbatho.
 45. —. De Ministerii acceptiones.
 46. —. De Examine Ministrorum.
 47. —. De eorum Officio.
 48. }
 49. } —. De Ecclesiasticorum Vita.
 50. }
 51. }
 52. }
 53. —. De Foedere Ecclesiastico.
 54. —. De Mundo.
 55. —. Ad Matts. xxiii, 37.
 56. —. —. xl, 20. 21.
 57. Joh. Cocceji de divinitate Script.
 58. } —. de Perfectione Script.
 59. }
 60. } —. de Foedere gratie et Vet. ac N. T.
 61. }
 62. } —. de eo quod Icy est.
 63. }
 64. —. De Natu Humiliationis Christi.

65. Jo. Coareji de Regeneratione et Resurrectione.
66. ———. De Oblatione Christi.
67. ~~Westenij~~. De Unionis Personalis in Christo Forma,
Sine Effectu. etc.
68. — Lucia Germleri de Forma Unionis Personalis
in Christo.
69. ~~De~~. De Prophetibus Dei.
70. ———. De Secreto in Spiritibus.
71. Westenij de Prodest. Bonorum et malorum.
72. Hinc et collegam Syllabus Controversiarum

V.

DE
PURGATORIO,

THESES THEOLOGICAE,
MARTINI BECANI JESUITAE

Manual. Contr. LI c. 8. opposita.

Quas
EX PUBLICIS PRÆLECTIONIBUS

Doctoris mei piè venerandi,

DN. JOHANNIS FECHTII,

SS. TH. LIC. SER. PR. CONS. ECCL. ET
CONC. AUL. ILL. GYMN. INSP.
ET PROF. P.

Excerpti, atque in SOLENNI congressu

Eodem PRÆSIDE

defendendas proposui,

PHILIPPUS SIGISMUNDUS CLOSIUS,

VVefingens. Marchicus.

Ad Diem 4^{to} Nov. hor. pomeridian.

D U R L A C I ,

TIPIS MARTINI MÜLLERI.

42
41
43
26
27
28
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60

VIRIS

*Nobilissimis, Amplissimis, Perquam Reverendo, Excellen-
tissimis, Prudentissimis, atq; Spectatissimis,*

DOMINIS

ERHARDO KIEFFERO, Consiliar.

Cam. & Praefecto.

MATTHAEO KUMMERO, Spec.

Superint. & Pastori.

CHRISTIANO GÖTZIO, U. J. L.

& Reip. Pfortzh. Archigrammateo.

MARTINO ZOLLERO, Consuli

Regenti

JOH. JAC. DEIMLING,

Consulari.

Totique ORDINI SENATORIO,

Beneficiorum Pfortzheimensium

Curatoribus gravissimis,

Dominis, Patronis & Promotoribus

omni observantia cultu prosequendis,

Disputationem hanc publicam

in grati animi testimonium

D. D. D.

Devotus Cliens

Philippus Sigismundus Clofius.



De

PURGATORIO

Thesis I.

Purgatorium secundum *Becanum* est locus, in quo anima iustorum, qua in hac vitâ sufficienter purgata non sunt, purgantur post hanc vitam, antequam ad caelum & claram DEI visionem admittuntur. De eo rectè & rotundè *Becanus* : *Lutherani negant, Catholici, id est, Pontificii, adstruunt.*

II. In re verò tanti momenti probandâ, utcunque luctetur & semet fatiget *Becanus*, ubique tamen succumbit. Nam in primo argumento : *Si pro defunctis rectè & utiliter oratur, datur Purgatorium. At verum est prius. Ergo & posterius* : antecedens aperte falsum & consequens, prout ab ipso probatur, admodum incertum est. Nam non tantum antiqua Ecclesia, juxta *Augustinum*, pro valde bonis & pro valde malis oravit, qui in purgatorio non fuerunt, sed Romana quoque Ecclesia, si fides maximis ejus doctoribus habenda est, ex inferno nonnullos precibus suis liberavit, nec non olim atque etiamnum hodie, (quod Græca præcipuè Ecclesia, purgatorium negans, manifestius à prima sui origine ad hodiernum usque diem facit) pro beatis quibusdam, damnatisque intercedit, vel ut illis gloriam impetret resurrectionis, aut gloriæ accidentalis augmentum, vel ut his minuat pœnas, aut etiam suspendat. Hæc si docent ipsi Pontificiorum magistri, quomodo sequi potest : *Oratur pro defunctis, ergo datur Purgatorium?*

III. Jam quod *Maccabæi* factum concernit, *libros quidem Maccabæorum in Canonicas Scripturas non recipit Ecclesia, sed eos legit*

A 2

ad adifi-

ad adificationem plebis, non ad auctoritatem Ecclesiasticorum dogmatum confirmandam, ait prologo in Salomonem Hieronymus; cum quo Latino doctore Græci pleriq; omnes sentiunt: nec ulla humana auctoritas librum non Canonicum Canonicum reddere potest. Nondum etiam constat, an pro interfectis, an pro viventibus sacrificia fieri curaverit Judas? Et si pro illis, in peccato mortali decesserunt, pro quo post mortem nulla expiatio est. Verus vero Ecclesia pro mortuis, & quidem *pro omnibus* (quod diserrè habent *Augustini à Becano* allegata verba) orandum esse judicavit, à quo orandi ritu, quem nec nos hodie prorsus rejicimus, (ut libri nostri Symbolici restantur) ad purgatorii existentiam nullam consequendi vim esse, ex veritatis evidentiâ & adversariorum confessione paulo ante planum fecimus.

IV. Secundum *Becani* argumentum vitium suummet prodit, quam primum Syllogistico nervo adstringitur: *si post remissam culpam mortalem vel aliquando vel saepe remanet reatus poena temporalis, datur utique ignis purgatorius, in quo poena illa, in hac vita non expiata, luatur. Atqui verum est prius. Ergo & posterius.* Nam eo ipso, quo supponitur, poenam aliquam, si quæ ita dicenda est, post remissum mortale peccatum, *aliquando tantum & saepe duntaxat remanere*, poenam illam non ex natura ipsius peccati (quippe sublato relatorum uno, culpa, concidit alterum, poena, si naturam rei æstimes) sed ex liberâ DEI voluntate fluere necesse est, adeoque *arbitrariam* esse, ut ipse *Becanus* loquitur. De quâ verò DEI voluntate, utrum poenas temporales, mortali peccato remisso, in hac tantum vita, an in alterâ etiam annexas esse velit, ex merâ revelatione debet judicari. Quanquam vero *Becanus* inanem prorsus operam in colligendis diffusissimo labore poenarum temporalium exemplis, de quibus utrinque nihil dubii est, insumpserit, non tamen potuit ullum inflicte demum post mortem poenæ invenire exemplum, quippe de quo casu revelatio altum tacet, extra quam nobis sapiendum non est. Itaque antecedentis propositionis ita limitatæ: Si post remissam culpam mortalem aliquando ex arbitrio Divino remanet poena temporalis post hanc vitam, datur Purgatorium; consequens aut exemplis sacris probet *Becanus*, aut fateatur, omni se conatu suo excidisse.

V. Præterea cum ex natura relatorum remissâ omni culpa
omnis

omnis pœna, quæ ab irato iudice proveniat & proprie ita dicatur, simul evanescat, quicquid calamitatis à DEO juxta allata exempla hominibus sibi reconciliatis immittitur, castigationis potius paternæ, quam pœnæ, (quanquam nec hanc vocem, improprie intellectam, in hoc argumento refugiamus) nomine venire necesse est, quæ fidelibus idèò à benignissimo Numine quandoque liberè destinatur, ut & peccatum eo severius fugiant ipsi, & ipsorum exemplo à peccando alii deterreantur. Quo intellecto nihil universa dictorum mole efficit *Becanus*, potestque argumentum facillimè in ipsum retorqueri: Si post remissam culpam mortalem aliquando ex libero DEI arbitrio, non quidem pœna propriè dicta, castigatio tamen paterna, hunc in finem remanet, ne homo in hac vitâ amplius peccet, & à peccato alii deterreantur, tum non datur ignis post hanc vitam purgatorius, quippe qui est pœna propriè dicta, ab irato DEO ad satisfaciendum pro peccato inflictâ; & ubi locus non amplius est vel peccati vel emendationis. Atqui verum est prius. Ergo & posterius.

VI. In argumento tertio: *Nullus immundus potest intrare in regnum caelorum, nisi prius in purgatorio (cum post mortem aliter non possit) purgetur. At multi venialibus, & secundum Lutheranos in primis originali, peccatis immundi ex hac vita decedunt. Ergo: major minorque vacillant.* Falsò enim supponitur: nullam dari aliam à peccati originalis & venialis reliquiis purgandi rationem, quam per purgatorium. Purgantur enim peccata per fidem in sanguinem Christi, I. Joh. I. 7. Act. XV, 9. omnia purgantem, non quidem simul atque semel, cum id imperfectioni hujus vitæ repugnet, Rom. VIII, 18. s. sed ita, ut cœcitatem mentis & aversionem voluntatis nostræ in hac vitâ subinde magis magisque sanet, donec in morte plane destruat.

VII. Vana est *Becani* consequentia: Mors abolet omnia peccata: ergo etiam peccata infidelium. Nam secundum eundem: mors martyrum omnes purgatorii pœnas abolet: ergo & mors reproborum? Aliud est, in morte ex œconomia Divina per fidem tolli peccati reliquias, quod nos dicimus; aliud, per mortem, ut per causam, aboleri, quod nos negamus. Nec minus vanum est, quærere: *si fides morientium, cur non similiter viventium præstare id possit?* si enim martyres supplicia morientium à purgatorio immunes præstant, cur non alios supplicia viventium? Divinæ nempe voluntatis liberrima & sapientissima di-

ma dispositio est, imperfectioni eos per mortem eximere, qui dum vi-
verent, non poterant omni imperfectione carere.

IX. Quartum *Becani* argumentum, ex Scriptura partibusque pe-
titum, ultimum est, quod primum esse debebat; sed merito ultimum,
quia omnium, in re quamvis calidissimâ, frigidissimum, ipso Pontificio
scriptore, *Johanne Rossensi*, fatente: *ex scriptura Purgatorium probari non
posse*. Nec enim in primo secundoque dicto, Matth. XII, 32. & Luca
XXIII, 24. verum est antecedens: *si in futuro seculo remittuntur peccata,
datur purgatorium*; cum possint ea ipsa peccata, quæ hic in particulari
iudicio Divino remissa fuerunt, illic quoque in universali remitti, id est,
remissio hic facta palam declarari: nec verum quoque est conse-
quens, cum in dicto priori non dicatur, quidquam in futuro seculo re-
mitti, sed potius non remitti, id est, interprete *Hieronymo*, nunquam re-
mitti: nec in posteriori petat latro, sibi mortuo (quippe hujus rei
nullum in textu indicium est) remitti peccata, sed se vivum à Christo
in gratiam recipi, & mortuum, cum depositâ humilitate in Divinæ ma-
jestatis gloriam fuerit translatus, in eundem cælestis gaudii locum
transponi.

IX. In tertio dicto I. Cor. III, 15. falsa hæc est major propositio:
*Quicumq; quasi per ignem salvatur, is per purgatorium salvatur. Atqui non
nulli. Ergo.* Potest enim ab Apostolo intelligi vel ignis extremæ con-
flagrationis, ut volunt *Hilarius*, *Ambrosius*, *Sedulius*; vel ignis in-
fernalis, ligno, fœno, stipulisque, tanquam mortalibus peccatis, debi-
tus, ut exponunt *Chrysostomus* & *Theophylactus*: vel ignis tribula-
tionis, ut interpretantur *Origenes*, *Gregorius*, & quem *Augustino* à
Becano producto opponimus, *Augustinus*, lib. XX. de Civ. DEI c.
XXVI.

X. Quoad quartum dictum I. Cor. XV, 29. consequendi vis in
hoc argumento: *Quicumq; spontaneas afflictiones pro mortuâ, orando atq;
jejunando, suscipiunt, & purgatorium agnoscunt. Fideles. Ergo*; supra elisa
fuit. Quâque ratione probat *Becanus*, hunc esse hujus loci sensum;
quia sic, inquit, *explicant Ephrem, Dionysius, Hugo & alii*: eadem nos
probabimus non esse, quia nempe aliter intelligunt *Epiphanius*, *Chry-
sostomus*, *Hilarius*, *Ambrosius*, & innumeri alii.

XI. Patrum ante *Augustinum*, purgatorio patrocinantem, ne-
minem potuit producere *Becanus*, quippe qui noverat, plerosque o-
mnes veteres, ut illustrissimi Pontificiorum doctores, *Th. Stapletonus*,

ntis, Joh. Maldonatus, Sixt. Senensis, Alph. à Castro, aliique agnos-
cunt, docuisse: omnes morientium, bonorum, malorumque animas,
visione DEI ad extremum usque diem privatas, communi receptacu-
lo, in quo nec bene ipsis nec male sit, esse inclusas. Quæ patrum opi-
nio, quomodo cum purgatorio potest conciliari?

XII. Postquam præsidia, quibus purgatorii figmentum suffuleit
Becanus, dejecimus, facile erit, Lutheranorum argumenta, à *Becano*,
quantum in se erat, labefactata, vindicare atq; rectitudini suæ restituere.

XIII. Atque prius quidem argumentum, quod in forma hoc est:
*Si Scriptura S. duo tantum in universum & hominum & locorum post mortem
genera ordinaria recenset, tum purgatorium, tanquam locus tertius, non datur.
Atqui verum est prius. Ergo & posterius*; neque expositio *Becani*: duo
tantum locorum genera post judicium narrari, neque instantia: ad
hanc vitam resuscitados in tertio quodam loco fuisse, ullo modo lædit.
Inviatum enim, ut omnes vident, stat argumentum, quousque testimo-
nium Scripturæ, quod vel tertii hominum generis, præter bonos, ma-
losque, pios & impios, justos & injustos, vel tertii loci, præter cælum
& infernum, vel ante vel post judicium mentionem faciat, productum
fuerit; quod nec facere potuit *Becanus*, nec facere poterunt alii. Quis
autem credat, rem tanti momenti, Spiritum S. de salute nostrâ tam pro-
vidum, vel tam profundo silentio, vel tam obscurâ mentione involu-
tatum fuisse, si illa Christianis credenda esset?

XIV. Cæterum si qui in loco extraordinario, è quo & extra or-
dinem revocati fuerunt, deliruerunt, id liberæ, nec ulli ordini absolute
adstrictæ, voluntati DEI adscribendum est, neque ordini à DEO con-
stituto quidquam præjudicat. Nam & secundum *Bellarminum*, aliqui
*sancti redierunt ad corpus, nec tamen fuerunt beati, sed DEUS prævidentium
excitationem distulit eorum beatificationem. Et aliqui sunt excitati, cum
mererentur penas æternas, qui tamen damnati non fuerunt, sed suspensa eorum
est sententia & interim ipsi puniti sunt secundum præsentem injustitiam.* II. de
Purg. IIX.

XV. Ad argumentum posterius: *Si Scriptura justos omnes sine di-
scrimine statim post obitum ad cælestem beatitudinem, nulla factâ purgatorii
mentionem, admittit, nullum datur purgatorium. At verum est prius; Ergo
& posterius*: reponit *Becanus*, negando minorem, cum ubicunque Scri-
ptura justis in universum omnibus actualem beatitudinem adscribere
videtur, intellegendum sit, vel de tempore extremum judicium infe-
quente

quente, ut Apoc. XIV, 13. vel cum limitatione, alibi insinuat: *quasi per ignem*, vel de privilegio singulari, ut cum latroni promittitur beata gaudii cœlestis fruitio. Luc. XXIII, 34. Sed hæc effugia facile diluuntur.

XVI. Nam in Apocalypsi agi non de extremo judicio, sed de tempore hujus vitæ, præconium Evangelii, clades AntiChristi & persecutio piorum, ab eo expectanda, & solatium huic persecutioni oppositum, evidenter convincunt, quod quam frigidum est, si ita intelligatur: beati vero, qui in persecutione ista moriuntur, quia post extremum scilicet judicium requiescent à laboribus suis. Quare Ambrosius, Augustinus & Aretas, quemadmodum litera sonat, quæ detorquenda non est: *à modo, id est, à tempore mortis sue.*

XVII. Præterea, si loca illa intelligenda sunt cum limitatione: *quasi per ignem*; ergo cum limitatione purgatorii capienda non sunt; id enim non est quasi ignis, sed ex sensu *Becani* verus ignis. Et quam limitationem Scriptura nullibi insinuat, illam universalibus ejus propositionibus adfingendam non esse, ultro intelligitur.


XVIII. Denique singulare privilegium comminiscendum non est, ubi ejus ex Scriptura ratio reddi nulla potest. Nec enim ex nostro cerebro, sed ex seipsâ Scriptura interpretanda est.


XIX. Cum itaque ex his constet, purgatorium merum esse vanorum hominum figmentum, extra verbi revelati auctoritatem excogitatum, frustranea prorsus disquisitio est: *quis sit status animarum in purgatorio?* Ad quam facile responderetur: non entis nulla esse accidentia.


XX. Cum sub finem *Becanus* ad quæstionem: an animæ demortuorum quandoque appareant, inque formis à se adsumptis sese moveant, loquantur, ejulent aut strepitum excitent? respondet: duas esse sententias, unam eorum, qui fieri ista ab anima posse, perinde ut ab angelo, opinentur, alteram illorum, qui cum Thoma existiment, *damones frequenter simulare se animas mortuorum, ad confirmandum gentilium errorem*, liberumque lectori relinquit, quam eligere velit: scire percipimus, si posteriorem eligamus, qua vel specie tueri aut animarum apparitiones, quas utique *Becanus* defendit, vel purgatorium, apparentium animarum narrationibus nixum, possint Romanenses: quæ in re desperatæ causæ præsidium nonnulli ponunt.


XXI. Concludimus itaque: *Purgatorium non dari, adeoque nec credendum esse.*


Tantum !

















the scale towards document

a post partum manserit Virgo, viro intacta?

æ, ob Christi ex illa conceptionem & nati-
s fit cultus religiosus, & quidem *ñs* *in ep-*
tra Pontific.

XI.

ISTI OFFICIO, ET
TU UTROQUE.

Mesiæ à Judæis constituentur, alter *Patiens De Officio, in*
sephi vel Ephraimi; alius *Potens & trium- gener.*
us? N. contra *Judaos.*

Adventui Mesiæ in Scriptura præfixum,
erit? A. contra *Judaos.*

Nazarenus, quem Judæi per Pilatum crucifi-
s ille per Prophetas promissus? A. contra

is nomen denotet hic tantum Interpretem
, an verò *ειρηνοποιον*, cujus Mediatio sit *re-*
activa? N. prius: A. poster. contra *Socin.*

An Christus eo tantum sensu Servator no-
quod viam salutis doctrinâ suâ annuntiave-
orte confirmaverit, vitæ exemplo præiverit,
irreptione ostenderit, denique salutem verè,
obis collaturus sit: Et, An his partibus tota
Christi exhauriatur? N. contra *Socin.*

it Mediator secundum utrumque naturam?
um divinam tantum; vel secundum solam
unicum sit *principium quo operationum me-*
tud: N. istud, contra *Osiandr.* hoc contra *Stan-*

us ante inchoatum munus Propheticum, *De Officio*
num, fuerit in coelum raptus, ut illic volun- *Propheticæ.*
nerat annunciatum, perfectè edoceretur? N.